

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Politische Urkunden von 1266 bis 1332

**Wiegand, Wilhelm**

**Straßburg, 1886**

1290

[urn:nbn:de:bsz:31-326704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326704)

162. *Beschluß des St. Peterscapitels über die Aufenthaltsverpflichtung seiner Canoniker. 1290 Januar 3.*

Nos decanus et capitulum ecclesie sancti Petri Argentinensis, accedente<sup>a</sup> consensu expresso domini nostri Egenolphi prepositi, unanimi consensu et voluntate statuimus et ordinamus, quod quilibet canonicus dicte ecclesie teneatur per juramentum in civitate Argentinensi vel banno facere residentiam corporalem, exceptis dumtaxat illis, qui animo discendi ad studium litterarum voluerunt se transferre aut in peregrinationem ire causa devotionis, seu euntibus ad curiam Romanam in negociis seu factis propriis suis promovendis aut necessariis seu honestis, aut vocatis seu ordinatis<sup>b</sup> ad servitia ecclesie Romane vel ejus legatorum vel domini nostri episcopi Argentinensis aut ecclesie nostre prelibate, vel etiam metu corporis seu compulsus<sup>c</sup> per aliquam potestatem aliquem contigerit absentem esse aut de licentia decani et capituli sepepredicti. in aliis casibus ab istis quilibet canonicus, sicut supratactum est, per juramentum residentiam facit personalem, omni dolo et fraude penitus circumscriptis<sup>d</sup>. illi autem, quos taliter absentes contigerit esse, prebendarum suarum fructus et proventus integre percipiant preterquam distributiones chori, que tantum<sup>e</sup> presentibus in choro ministrari consueverunt. in cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus nostris sunt appensa. actum feria 3 post circumcisionem domini anno domini 1290.

*B aus Straßb. Bez. A. G fasc. 4903 cop. ch. sec. XVI i. Statutenbuch v. St. Peter fol. 52. Schlechte Abschrift.*

163. *Bischof Konrad von Straßburg verbietet dem Clerus seiner Diocese auf Grund eines Mandats des Pabstes Alexander IV, Strafsentenzen gegen die Straßburger Dominikaner zu verkünden oder zur Ausführung zu bringen. 1290 Januar 4 Dachstein.*

Conradus dei gratia Argentinensis episcopus universis . . abbatibus . . prioribus prepositis archidiaconis archipresbyteris necnon aliis ecclesiarum prelati ac ceteris plebanis, rectoribus incuratis vicariis civitatis et dyocesis Argentinensis, ad quos presentes pervenerint, salutem in domino. noveritis nos sanctissimi patris ac domini Alexandri pape quarti recepisse litteras in hec verba: [folgt UB. I nr. 452]. verum cum nos ex debito officii pastoralis teneamur mandatis apostolicis obedire, vobis universis et singulis districte precipiendo mandamus, quatenus contra . . priorem et fratres de ordine predicatorum Argentinenses nullas suspensionis interdicti aut excommunicationis sententias autoritate litterarum sedis apostolice publicetis aut executioni decetero demandetis, nisi ipse littere apostolice plenam et expressam de indulto hujusmodi et ordine sepepredicto faciant mentionem. quodsi contra tenorem hujusmodi adversus fratres predictos aut ipsum priorem sententias aliquas publicastis, eas nuncietis coram populo, quando a fratribus vel eorum nunciis requisiti fueritis, inter mis-

a) *B* attendentes. b) *B* vocati-ordinati. c) *B* compulsi. d) *B* circumspectis. e) *B* tantis.

sarum sollempnia non tenere, presertim cum nos ipsorum fratrum privilegia sub vera bulla cum filo serico viderimus, quod dicti fratres excommunicari suspendi vel interdici non possunt per litteras sedis apostolice aut delegatorum seu subdelegatorum sedis ejusdem, nisi cedem littere de ipsorum fratrum ordine et indulto plenam et expressam  
 5 faciant mentionem. in quorum testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. in signum autem executionis hujus nostri mandati sigilla vestra presentibus apponatis. datum in Tapkenstein in octava innocentum anno domini 1290.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 5 or. mb. c. sig. pend. Für ein zweites Siegel ist der Einschnitt vorhanden, doch scheint dasselbe nicht angehängt worden zu sein.*

10 **164.** *Bischof Konrad von Straßburg beurkundet die Bedingungen des zwischen der Stadt und den Dominikanern geschlossenen Vergleichs, nach dem er den Schiedsspruch fällen soll. 1290 Februar 22 Kloster St. Marx bei Straßburg.*

Conradus dei gratia . . episcopus Argentinensis universis presentes litteras inspecturis rei geste notitiam subtusscripte. orta discensionis materia inter religiosos  
 15 viros . . priorem et fratres ordinis predicatorum domus Argentinensis ex parte una et magistrum consules et universitatem civium Argentinensium ex parte altera super eo, quod magister consules et universitas civium predictorum a predictis . . priore et fratribus, ut asserunt, petiverunt, quatenus iidem<sup>a</sup> . . prior et fratres jure successionis non peterent hereditarias portiones de bonis ad civem vel cives Argentinenses pertinentibus, et quod non inducerent civem Argentinensem quempiam in mortis articulo  
 20 constitutum nec induci debeant procurare ad dandum vel legandum ipsis fratribus bona sua, sic quod per hoc veri eorum heredes portione debita hereditaria defraudentur, item quod nulla bona nullasque possessiones ad aliquem civem Argentinensem pertinentes eisdem fratribus legatas vel donatas iidem fratres vendere vel alienare  
 25 debeant eo pacto, quod possessiones hujusmodi ad predictos fratres vel alium quempiam dictorum fratrum nomine post eamenti obitum revertantur, sed quod iidem fratres possessiones easdem procurare debeant vendi simpliciter absque fraude, quodque a civium Argentinensium infra decem et octo annos constitutorum receptione ad suum ordinem, in quantum cum deo possent et honore sui ordinis, abstinerent, nisi hoc  
 30 de bona voluntate fieret proximorum<sup>1</sup>, dictus . . prior, accedente consensu voluntate et auctoritate reverendi in Christo fratris Hermannib<sup>b</sup> de Minda . . prioris provincialis ibidem in nostra presentia constituti, pro se et fratribus dicte domus ex parte una, et Reiboldus<sup>c</sup> miles dictus Stübenweg magister et consules civitatis Argentinensis pro se et universitate civium civitatis predictae ex parte altera, super articulis supra-  
 35 scriptis et omni lite et discensionibus quibuscunque occasione predicta usque in hodiernam diem inter partes predictas habitis hinc et inde in nos compromiserunt et concorditer convenerunt tamquam in arbitrum seu arbitratorem et amicabilem compositi-

a) *T* idem. b) *T* Her. c) *T* Reiboldus.

<sup>1</sup> *Vergl. nr. 92 u. 93.*

torem, ita videlicet, quod articulis suprascriptis discussis a nobis et examinatis de consilio  
 peritorum, quicquid de articulis eisdem . . . priorem et fratres predictos observare vel  
 promittere posse vel non posse secundum deum et observantiam sui ordinis et absque  
 peccato, et super observatione pacis perpetue inter partes predictas inviolabiliter  
 observande infra duorum mensium spatium ab eo tempore numerandum, quo relaxatio  
 excommunicationum et interdicti sententiarum occasione discensionis predictae in non-  
 nullos cives Argentinenses et civitatem predictam per venerabilem patrem dominum  
 Johannem episcopum Tusculanum, in partibus Alemannie olim legatum sedis aposto-  
 licae, prolatarum et a sede apostolica relaxandarum ad civitatem Argentinensem per-  
 venerit idemque magister et consules Argentinenses de relaxatione eadem certificati  
 fuerint, vel si causis legitimis predicto tempore inpediti decisioni discensionis pre-  
 dictae intendere non possemus, infra mensem a tempore, quo cessabit inpedimentum  
 nostrum hujusmodi, numerandum, in scriptis judicaverimus decreverimus pronuncia-  
 verimus seu arbitrati fuerimus, hoc . . . prior et fratres predicti per sacramentum  
 corporaliter ad sancta dei ewangelia prestitum a . . . priore predicto in suam et fratrum  
 conventus dicte domus animas coram nobis, magister vero et consules antedicti pro  
 se et universitate civium predictorum sub pena quingentarum marcarum argenti puri  
 et legalis Argentinensis ponderis parti alteri approbanti decretum pronunciationem vel  
 nostrum arbitrium solvendarum laudare approbare ratificare et emologare hinc inde sol-  
 lempniter promiserunt, condicto inter partes predictas expresse, ut, postquam . . . prior et  
 fratres predicti et magister et consules antedicti decretum pronunciationem et arbitrium  
 nostrum hujusmodi laudaverint approbaverint ratificaverint seu emologaverint, cum  
 effectu dicti . . . prior et fratres a juramento suo predicto, magister vero consules et uni-  
 versitas civium predictorum ab obligatione et prestatione pene quingentarum marcarum  
 argenti prescripte sint penitus absoluti, nullis predictis partibus contra prescripta vel  
 aliqua prescriptorum exceptionibus vel defensionibus valituris. est etiam conventum et  
 actum inter partes predictas, ut, postquam nos super articulis et discensionibus prescriptis  
 pronunciarimus seu fuerimus arbitrati, extunc omnes injurie occasione discensionis<sup>a</sup>  
 predictae illate partibus antedictis communiter vel divisim et actiones pro injuriis quibus-  
 cunque occasione discensionis predictae contra personas quascunque dictis<sup>b</sup> partibus com-  
 petentes communiter vel divisim cessare debeant hinc et inde. item si processu temporis,  
 postquam super premissis fuerimus arbitrati<sup>c</sup>, alique quod absit predictis<sup>d</sup> . . . priori vel  
 fratribus dicte domus in rebus vel personis eorum injurie fuerint irrogate, de hiis  
 debent magister et consules civitatis Argentinensis predictae, qui pro tempore fuerint,  
 dictis . . . priori et fratribus ad solam denunciationem eorundem . . . prioris et fratrum  
 vel alterius cujuscunque faciendam ex parte . . . prioris et fratrum eorundem magistro  
 et consulibus antedictis plenariam facere justitiam eam videlicet, quam civibus Ar-  
 gentinensibus facere consueverunt. ut autem compromissum<sup>e</sup> hujusmodi et omnia et  
 singula suprascripta robur perpetuum obtineant firmitatis, presens est instrumentum  
 inde confectum et sigilli nostri munimine roboratum. nos frater Hermannus de Minda  
 . . . prior provincialis, frater Alradus . . . prior totusque conventus fratrum domus

a) *S* t decisionis. b) *S* t dictas. c) *S* arbitratis. d) *T* om. predictis. e) *T* compromissi.

Argentinensis ordinis predicatorum, nos quoque Reiboldus<sup>a</sup> miles dictus Stübenweg<sup>b</sup> magister et consules civitatis Argentinensis confitemur et publice protestamur, premissa omnia et singula coram venerabili patre domino nostro Argentinensi episcopo memorato fore acta. et in eorum testimonium ego frater Hermannus<sup>c</sup> de Minda . . .  
 5 prior provincialis predictus sigillum meum, ego frater Alradus . . . prior domus Argentinensis predictae sigillum prioratus domus ejusdem, nos conventus fratrum predicatorum domus Argentinensis predictae sigillum conventus ejusdem, nos quoque Reiboldus<sup>d</sup> dictus Stübenweg<sup>e</sup> magister et consules civitatis predictae sigillum civitatis ejusdem litteris presentibus appendimus in testimonium prescriptorum. acta  
 10 sunt hec apud monasterium sororum sancti Marci extra muros Argentinenses anno ab incarnatione domini 1290 feria quarta proxima post dominicam Invocavit.<sup>1</sup>

*S aus Straßb. St. A. Verd. Dreizehn. Gew. lad. 71 or. mb. c. 5 sig. pend., quorum 2 delaps. Es fehlen die Siegel des Bischofs und der Stadt.*

*S 1 coll. ibid. or. mb. c. 5 sig. pend., quorum 4 delaps. Nur das Stadtsiegel erhalten.*

15 *T coll. aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 5 or. mb. c. 5 sig. pend. partim laesis. Unter der Datumszeile noch ein p mit drei kranzweis gestellten Punkten.*

165. Bischof Konrad von Straßburg beurkundet, daß der zwischen der Stadt und den Dominikanern geschlossene Vergleich ungültig werden soll, wenn die Aufhebung des Banns und Interdicts nicht ohne schweren Schaden der Stadt zu erlangen ist. 1290 Februar 22 Kloster St. Marx bei Straßburg.  
 20

Conradus dei gratia . . . episcopus Argentinensis universis presentes litteras inspecturis rei geste noticiam subtusscripte<sup>f</sup>. cum super lite et discensionibus, que vertebantur hactenus et vertuntur inter religiosos viros . . . priorem et fratres ordinis predicatorum domus Argentinensis ex parte una et magistrum consules et universitatem civium Argentinensium ex parte altera, dictus . . . prior, accedente consensu voluntate et auctoritate reverendi in Christo fratris Hermanni de Minda . . . prioris provincialis in nostra presentia constituti, pro se et fratribus dicte domus ex parte una et Reiboldus miles dictus Stübenweg magister et consules civitatis Argentinensis pro se et universitate civium civitatis predictae ex parte altera compromitterent  
 25 et compromissum esset in nos Conradum dei gratia episcopum antedictum tamquam in arbitrum seu arbitratorem et amicabilem compositorem sub certa forma, prout in litteris super hoc confectis, nostro necnon fratris Hermanni de Minda . . . prioris provincialis, fratris Alradi . . . prioris et conventus fratrum dicte domus et civium civitatis Argentinensis predictorum sigillis sigillatis plenius continetur<sup>2</sup>,  
 30 in compromisso predicto expresse per partes predictas de consensu parcium

a) T Reynboldus. b) T Stübenweg. c) T Her. d) T Reynboldus. e) T Stübenweg.  
 f) In S sind sowohl das Zeichen für er wie für us beide vermischt.

<sup>1</sup> Sowohl in nr. 174 wie in nr. 175, wo diese Urkunde als Transsumpt erscheint, lautet das Datum feria quinta proxima p. d. J. (Februar 23), und zwar in allen Ausfertigungen.

40 <sup>2</sup> Vergl. nr. 164.

earundem actum extitit et conventum coram nobis, ut, si fortassis absque difficultate et dispendio gravi magistri consulum et civium civitatis ejusdem relaxatio excommunicationum et interdicti sententiarum occasione dissensionis predictae in nonnullos cives civitatis predictae et civitatem Argentinensem predictam per venerabilem patrem dominum Johannem episcopum Tusculanum, in partibus Alemannie olim legatum sedis apostolice, prolatarum obtineri non posset, quod cessante compromisso predicto et omnibus, que in litteris compromissi ejusdem continentur, eisdemque non obstantibus, si dictis magistro consulibus et civibus placuerit, omnia jura et actiones, exceptiones et defensiones et exercitium eorundem predictis partibus hinc et inde debeant esse salva in omnem eventum et modum, quo salva fuerunt partibus antedictis prius, quam in nos fuerat compromissum. et in ejus rei testimonium presens est instrumentum inde confectum et sigilli nostri munimine roboratum. nos frater Hermannus de Minda . . prior provincialis, frater Alradus prior totusque conventus fratrum domus Argentinensis ordinis predicatorum, nos quoque Reiboldus miles dictus Stübenweg magister et consules civitatis Argentinensis confitemur et publice protestamur, premissa omnia et singula coram venerabili patre domino nostro Argentinensi episcopo memorato, ut premittitur, fore acta. et in eorum testimonium ego frater Hermannus de Minda . . prior provincialis predictus sigillum meum, ego frater Alradus . . prior domus Argentinensis predictae sigillum prioratus domus ejusdem, nos conventus fratrum predicatorum domus Argentinensis predictae sigillum conventus ejusdem, nos quoque Reiboldus dictus Stübenweg magister et consules civitatis predictae sigillum civitatis ejusdem litteris presentibus appendimus in testimonium prescriptorum. acta sunt hec apud monasterium sororum sancti Marci extra muros Argentinenses anno ab incarnatione domini 1290 feria quarta proxima post dominicam Invocavit.

*S aus Strabb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. lad. 71 or. mb. c. 5 sig. pend. laesis, quorum 2 delapsa.*

166. Die Stadt Straßburg weist ihren Bevollmächtigten am päpstlichen Stuhle an, darauf zu dringen, daß unter der Aufhebung der gegen sie gefällten Strafsentenzen auch die ihr ergeben gebliebenen Straßburger Geistlichen mitbefaßt werden, widrigenfalls den Proceß weiter zu verfolgen. 1290 [Frühjahr].

Hugo dictus Ripelin magister et consules civitatis Argentinensis honorabili viro magistro Johanni Leutonis<sup>a</sup> canonico sancti Petri Argentinensis fideli eorum in Romana curia promotori dilectionis plenitudinem cum salute. quod ad curiam Romanam adeo prospere perrexistis, sicut nobis vestre littere declarabant per Johannem Stamphonis transmissis, gavisi sumus gaudio magno valde et cum omni populo civitatis nostre optamus vobis statum prosperum in futurum. ceterum de negotio, quod habemus cum predicatoribus, litteris vestris perlectis, diligenti tractatu cum multis sapientibus et melioribus nostre civitatis habito, nobis et omnibus

<sup>a</sup>) Zweifelhaft ob u oder n. Eher scheint mir Leutonis gelesen werden zu müssen.

videbatur civitati nostre, ad quam multe alie civitates respiciunt in hac parte, nobisque mangnum fore dedecus et prejudicium et scandalum in futurum, si violando promissionem factam per nos de indempnitate qualibet sacerdotibus nostris ipsos culpam et irregularitatem incidere vel recongnoscere faceremus invites, ubi  
 5 nullam penitus meruerunt, et eos cum suis clericis scolaribus et cooperantibus in divinis, qui mangni sunt numeri, mittendo ad curiam pro venia petenda, ubi culpa nulla precessit, daremus ipsis et toti regioni intelligere, nos hactenus litem et appellationem fovisse iniquam, quam omnes credebant et adhuc non dubitant equam esse. veremur etiam in hac parte adversariorum astuciam et insidias et curie voracitatem, quia, cum notum sit omnibus de relevatione sacerdotum nostro periculo  
 10 nos teneri, cessante appellationis remedio, cum fierent quasi capti, possemus per ipsos sicut in personis propriis intollerabili dampno affici sive pena. deliberavimus ergo consilio unanimi atque fixo, quod, nisi utrumque negocium scilicet nostrum et sacerdotum quasi uno contextu expediatur et omnes sententie per legatum contra  
 15 ipsos sacerdotes et nos nostramque civitatem prolate cum dampno saltem nostro tollerabili relaxentur, appellationi nostre inniti volumus et eam prosequi in eventum, ne secus faciendo videamur sceno involvere defensionis clipeum, quo hactenus dimicavimus cum honore. speramus enim appellationem nostram tueri et ex ea per vestrum et aliorum fautorum nostrorum auxilium reportare gloriam et honorem. et  
 20 sic communis omnium opinio opinatur. et si timeremus de sinistro eventu, vellemus nichilominus defendi et stare potius, quamdiu poterimus, quam cadere ante ictum, et hoc honestius reputamus. fidelitatem igitur vestram monitam in se ipsa ex habundanti monemus attentius et rogamus, ut vel utrumque nostrum scilicet et sacerdotum negocium expediri procuretis in modum predictum, quod de facili fieret,  
 25 sicut presumimus, propter multitudinem pareium, si sineret pars altera vel solummodo consentiret, aut appellationem nostram breviter prosequi inchoetis et pro relaxatione interdicti et excommunicationum pro viribus laboretis.

Premissis itaque vobis scriptis, per nuncium expeditum ad iter supervenerunt alie littere vestre per Johannem clericum decani quondam sancti Thome nobis  
 30 exhibite, in quibus tenorem priorum taliter invenimus auumentatum, quod frater Alradus nollet aliquatenus consentire, quod sententie legati contra nos et civitatem nostram prolate in curia relaxentur, sed quod tantum earum relaxatio domino nostro episcopo committatur, ut per eum aut principale ac accessorium terminetur aut utrumque remaneat inpeditum. de quo non modicum commovemur opinantes firmiter,  
 35 ipsum fratrem Alradum fidem placitis violasse, cum quia compromissum nostrum continet de dictis sententiis in curia relaxandis<sup>1</sup>, tum quia, ut extra curiam committeretur nostrum negocium, nunquam prius voluit admittere frater Alradus sed cooperari promisit, ut revocarentur in curia sententie contra nos et civitatem prolate, propter quod expensas sustinuimus valde magnas, tum etiam quia promisit factum  
 40 sacerdotum nullatenus inpedire. super hiis igitur volumus et rogamus, ut, nisi possitis obtinere a papa, ut omnium sententiarum contra nos nostramque civitatem

<sup>1</sup> Vergl. S. 124 Z. 9 in nr. 164.

et sacerdotes latorum per legatum relaxatio domino Argentinensi episcopo vel alteri committatur sine emenda et satisfactione qualibet facienda, cum omnis injurie satisfactio a partibus sit remissa, vel saltem cum emenda modica et decenti in litteris apostolicis declaranda predicatoribus autem nullatenus facienda, litem et appellationem nostram agrediamini et prosequamini sine mora. nolumus enim sponte vel in dubio nos vel nostros sacerdotes culpe inmerite et periculosus laqueis irretire vel manus incidere alicujus; alioquin contingeret nos fortassis magno affici dispendio et pudore. valete semper.

[*in verso*] magistro Johanni Leutonis procuratori eorum fidelissimo in curia Romana.

*S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. lad. 71 or. mb. lit. clausa c. sig. in verso impr. defic. Der Schluß des Stücks von premissis itaque ab von gleicher Hand geschrieben befindet sich auf einem Pergamentblatt kleinern Formats, das wie ein Transfix befestigt ist. Was die Datirung anbelangt, so weist schon der Name des antirenden Meisters Hug Ripelin auf das Frühjahr 1290, wo er im April an der Spitze des Rathes erscheint, vergl. UB. III, 418. Aber auch der sachliche Zusammenhang verlangt, daß das Stück hinter den Compromiß der Stadt und Dominikaner vom 22. Februar, nr. 164 u. 165, und vor die Mandate des Papstes vom 12. u. 15. Mai, nr. 167 u. 168, wo die Forderungen der Stadt erfüllt erscheinen, gelegt werde.*

167. Pabst Nicolaus IV gibt dem Bischof Konrad von Straßburg den Auftrag, die gegen die Stadt Straßburg gefällten Strafsentenzen aufzuheben. 1290 Mai 12 Rom St. Maria maggiore.

Nicolaus episcopus servus servorum dei venerabili fratri C[onrado] episcopo Argentinensi salutem et apostolicam benedictionem. sua nobis dilecti filii . . . prior et conventus fratrum ordinis predicatorum Argentinenses petitione monstrarunt, quod, cum olim inter ipsos ex parte una et magistros consules et universitatem civium civitatis Argentinensis ex altera super diversis articulis et quibusdam injuriis priori et fratribus predictis ab eisdem civibus irrogatis orta esset materia questionis, tandem venerabilis frater noster J[ohannes] Tusculanus episcopus, tunc in illis partibus legationis fungens officio, hujusmodi questionis et injuriarum occasione sue legationis auctoritate civitatem ipsam supposuit ecclesiastico interdicto et in magistros consules et cives prefatos ac in illos, qui eis in predictis injuriis illatis eisdem priori et fratribus consilium vel auxilium impenderent, necnon in sacerdotes, qui in civitate ipsa vel suburbiis ejus, durante ipso interdicto, divina officia celebrarent, ac illos, qui a predictis sacerdotibus audirent divina officia vel reciperent ecclesiastica sacramenta, excommunicationis sententiam promulgavit<sup>a</sup> et hujusmodi excommunicationis et interdicti sententias per locorum ordinarios et alios prelatos et rectores ecclesiarum regni Alamanie mandavit sollempniter publicari. ac demum<sup>b</sup> inquilinos colonos et mercenarios magistrorum consulum et civium predictorum pro eo, quod ipsis magistris consulibus et civibus participare presumebant, a divinis exclusit<sup>1</sup>.

a) S promulgarunt.      b) T om. demum. Auf Rasur Spuren von Buchstaben.

<sup>1</sup> Vergl. nr. 125.



tuque prefati legati auctoritate in<sup>1</sup> descendentes usque in terciam generationem ab illis, qui principales fuerunt<sup>a</sup> in hujusmodi priori et fratribus predictis illatis injuriis vel illatoribus dederunt consilium auxilium vel favorem, nisi priori et fratribus prefatis de injuriis predictis infra certum terminum satisfaceret, sententiam privationis<sup>5</sup> et amotionis a beneficiis et dignitatibus ecclesiasticis protulisti. verum prefati prior et fratres tanquam viri pacifici ac dicti magistri consules et cives, cupientes litigiorum vitare anfractus ac viam pacis et concordie amplectentes, in te tanquam in arbitrum arbitratorem et amicabilem compositorem super premissis compromittere curaverunt<sup>1</sup>. dictique prior et fratres nobis humiliter supplicarunt, ut omnes predictas sententias relaxari misericorditer mandarem. nos itaque ipsorum supplicationibus inclinati fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, a prelibatis magistris consulibus et civibus sive ab ipsorum procuratore vel syndico habente super hoc ab eis speciale mandatum de parendo super hiis mandatis ecclesie juramento recepto, omnes predictas excommunicationis et interdicti sententias<sup>15</sup> et penas omnesque processus contra magistris consules cives et civitatem predictos ac audientes divina officia et recipientes sacramenta hujusmodi a presbyteris memoratis per eundem legatum vel alium seu alios ejus mandato vel auctoritate generaliter vel specialiter latas vel habitos seu quascumque alias sententias, quas dicti magistri consules sive cives occasione questionis et injuriarum hujusmodi incurrerunt,<sup>20</sup> auctoritate nostra per te vel alium seu alios relaxare procures, corpora vero civium defunctorum, que tempore interdicti predicti in cimiteriis ecclesiasticis sunt sepulta, dummodo apparuerint penitentiae signa in eis, in ipsis cimiteriis remanere permittas. datum Rome apud sanctam Mariam majorem 4 idus maji pontificatus nostri anno tercio.

<sup>25</sup> *S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. lad. 71 or. mb. Bulle an Hanfschnur. Oben rechts R[egistrandum]; links unterm Bug völlig schräg liegend X; rechts auf dem Bug Schreibervermerk verwischt alb. per. Auf dem Rücken oben mit zwei Kreuzen eingefasst audi benigne, darunter der Registraturvermerk Rescriptum capitulo CLXXV. Ausserdem ist auf dem Rücken genau auf der Stelle, wo auf der Vorderseite promulgant steht, in kleiner zierlicher Schrift vermerkt promulgavit und an andrer Stelle von gleicher Hand corrigatur ista tantum.*

<sup>30</sup> *S 1 coll. ibid. or. mb. Bulle an Hanfschnur. Weder oben rechts noch unten links ein Vermerk zu erkennen, doch ist letztere Stelle Rasur und scheint beschrieben gewesen zu sein. Auf dem Bug rechts alb. per. Registraturvermerk derselbe wie bei S. Ausserdem mitten auf dem Rücken in senkrechter Richtung geschrieben littera pro civibus.*

<sup>35</sup> *T coll. aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 5 or. mb. Bulle an Hanfschnur. Oben rechts R[egistrandum]; Kostenvermerk X, darunter L. Pergam. Auf dem Bug in der Mitte sehr verwischt asc[ultavit] m. d. Adf.; rechts in der Ecke M. d. Adf. Auf dem Rücken derselbe Registraturvermerk wie bei S.*

<sup>40</sup> a) S fuerant.

<sup>1</sup> Vergl. nr. 164.

163. *Pabst Nicolaus IV beauftragt den Guardian der Straßburger Franciscaner, diejenigen Straßburger Geistlichen, welche während des Interdicts geistliche Handlungen in der Stadt verrichteten, zu absolviren. 1290 Mai 15 Rom St. Maria maggiore.*

Nicolaus episcopus servus servorum dei dilecto filio . . . guardiano fratrum 5  
 ordinis minorum Argentinensium salutem et apostolicam benedictionem. ad audi-  
 entiam nostram pervenit, quod, cum olim inter . . . priorem et conventum ordinis  
 fratrum predicatorum Argentinensium ex parte una et magistrum consules et cives  
 civitatis Argentinensis super diversis articulis et quibusdam injuriis, quas iidem  
 prior et conventus a civibus ipsis eis irrogatas esse dicebant, ex altera orta fuisset 10  
 materia questionis, tandem venerabilis frater noster J[ohannes] Tusculanus epis-  
 copus, tunc in illis partibus apostolice sedis legatus, occasione questionis et inju-  
 riarum hujusmodi sue legationis auctoritate civitatem ipsam supposuit ecclesiastico  
 interdicto ac in Mathiam canonicum ecclesie sancti Stephani Argentinensis<sup>1</sup> necnon  
 et in omnes et singulos sacerdotes et clericos, qui durante interdicto predicto in 15  
 civitate ipsa vel suburbis aut<sup>a</sup> appendentiis<sup>b</sup> ipsius divina officia celebrarent vel  
 dictis civibus sepulturam aut alia eis sacramenta ecclesiastica ministrarent, excom-  
 municationis sententiam promulgavit ipsosque mandavit per ordinarios suos excom-  
 municatos publice nuntiari. sane aliqui ex sacerdotibus et clericis civitatis et  
 suburbiorum predictorum de appellationibus, quas dicti cives propter hoc inter- 20  
 jecerant ad sedem ipsam, confisi, quidam vero ex sacerdotibus et clericis locorum  
 ipsorum per simplicitatem et juris ignorantiam in predictis locis adhuc interdictis  
 divina officia celebrasse et civibus ipsis sepulturam ac sacramenta hujusmodi  
 ministrasse ac propterea latam in tales, ut premittitur, per dictum legatum senten-  
 tiam excommunicationis incurrisse noscuntur. ac hujusmodi sententiis ligati immis- 25  
 cuerunt se divinis. cum autem, sicut accepimus, pacificatum sit super hujusmodi  
 questionibus inter partes, nos animarum periculis, quantum cum deo possumus,  
 precavere volentes discretioni tue per apostolica scripta committimus et mandamus,  
 quatinus, si est ita, Mathiam sacerdotes et clericos memoratos et eorum quemlibet  
 a predicta excommunicationis sententia auctoritate nostra per te vel alium aut alios 30  
 juxta ecclesie formam absolvas et dispenses cum eis et eorum quolibet super irre-  
 gularitate, si quam sic ligati et in locis ipsis sic interdictis et eisdem civibus  
 excommunicatis presentibus non tamen in contemptum clavium divina hujusmodi  
 celebrando forsitan contraxerunt, injuncta eis et eorum singulis propter hoc peni-  
 tentia competenti, non obstante indulgentia, qua tibi vel fratribus tui ordinis a sede 35  
 apostolica dicitur esse concessum, ut non tenearis te intromittere de quibuscumque  
 negotiis, que tibi per sedis ejusdem litteras committuntur, nisi in eis de concessione

a) *S t iis aut auf Rasur.*    b) *Vergl. Stükbeschreibung.*

<sup>1</sup> *Vergl. nr. 125 u. 126.*

hujusmodi plena et expressa mentio habeatur. datum Rome apud sanctam Mariam majorem idus maji pontificatus nostri anno tercio.

*S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. lad. 71 or. mb. Bulle an Hanfschnur. Kostenvermerk VIII in der üblichen Form. Auf dem Rücken mit zwei Kreuzen eingefasst audi benigne.*

*S 1 coll. ibid. or. mb. Bulle an Hanfschnur. Oben rechts R[egistrandum]. Unter dem Kostenvermerk VIII ziemlich tief stehend R[ecepit] alb. darunter P. Reät durchstrichen. Rechts auf dem Bug Schreibervermerk M. de Adr., in der Mitte ascult[avit]. Auf dem Rücken unter audi benigne der Registraturvermerk B[escriptum] capitulo CCI, ferner an genau der Vorderseite entsprechender Stelle in kleiner Schrift die Correctur aut appendiciis und von gleicher Hand an andern Platz corrigatur ista et duplicetur.*

*Gedruckt bei Sbaralea Bullar. Francisc. IV, 150 nr. 260 (ex. Reg. Vat. Pont. epist. 201 anni 3). — Potthast Reg. pontif. nr. 23279.*

169. Die Stadt Straßburg theilt dem Bischof Konrad mit, daß sie für den Akt der Aufhebung von Bann und Interdict Hugo Ripelin zu ihrem Vertreter bestimmt habe. 1290 Juni 23 Straßburg.

Venerabili in Christo patri ac domino domino Conrado dei gratia episcopo Argentinensi magistri consules et universitas civium civitatis Argentinensis ejusdem reverentiam tam debitam quam devotam. ad petendum impetrandum et recipiendum relaxationem excommunicationis et interdicti sententiarum et penarum omniumque processuum contra nos et civitatem nostram Argentinensem predictam ac audientes divina officia et recipientes sacramenta ecclesiastica a sacerdotibus, qui in civitate ipsa vel suburbiis ejus, durante interdicto eodem, divina officia celebrarunt, per vos et per venerabilem patrem dominum Johannem episcopum Tusculanum, olim in partibus Alamanie legatum sedis apostolice, vel alium seu alios ejus mandato vel auctoritate generaliter vel specialiter prolatarum vel habitorum vel quarumcunque aliarum sententiarum, si quas nos vel ex nobis aliqui incurrisse noscimus occasione questionis hactenus habite inter nos et . . . priorem et conventum fratrum ordinis predicatorum Argentinensium seu injuriarum quarumdam occasione, quas iidem . . . prior et conventus sibi a nobis esse asserunt irrogatas, dominum Hugonem dictum Ripelin nostrum constituimus procuratorem seu syndicum specialem, dantes eidem potestatem et mandatum prestandi in animas nostras de parendo super hiis mandatis ecclesie juramentum, si fuerit oportunum, et omnia alia et singula faciendi nostro nomine et pro nobis, que circa premissa fuerint oportuna. et hec vestre paternitati nota facimus litteris presentibus sigillo communitatis nostre in eorum testimonium sigillatis. actum et datum Argentine 9 kalendas julii anno domini 1290.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 5 Transsumpt in der Urkunde Bischof Konrads von 1290 Juni 24. Vergl. nr. 170.*

170. *Bischof Konrad von Straßburg hebt alle gegen die Stadt Straßburg in Folge ihres Streits mit den Dominikanern gefällten Strafsentenzen auf. 1290 Juni 24 Straßburg.*

In Christi nomine amen. nos Conradus dei gratia episcopus Argentinensis literas sanctissimi in Christo patris domini Nicolai pape quarti presentatas nobis ex parte dilectorum magistrorum consulum et universitatis civium civitatis Argentinensis 12 kalendas julii anno domini 1290 vidimus et legimus de verbo ad verbum tenorem hujusmodi continentes : [folgt nr. 167]. petente itaque Hugone dicto Ripelin milite, procuratore seu syndico magistrorum consulum et universitatis civium predictorum, suo et . . magistrorum consulum et universitatis civium predictorum nomine, predictas excommunicationis et interdicti sententias et penas omnesque processus contra . . magistros consules cives et civitatem predictos ac audientes divina officia et recipientes sacramenta ecclesiastica a presbyteris memoratis per predictum legatum vel alium seu alios ejus mandato et auctoritate generaliter vel specialiter latas vel habitos et quascumque sententias alias, quas dicti . . magistri consules sive cives occasione questionis et injuriarum hujusmodi incurrerunt, per nos auctoritate apostolica relaxari, et corpora civium defunctorum, que tempore interdicti predicti in cimiteriis ecclesiasticis sunt sepulta, dummodo apparuerint penitencie signa in eis, in cimiteriis ipsis remanere permitti, nos itaque volentes mandatis apostolicis obedire, a procuratore vel syndico memorato, habente super hoc a prelibatis . . magistris consulibus et civibus speciale mandatum, de parendo super hiis mandatis ecclesie juramento recepto, omnes predictas excommunicationis et interdicti sententias et penas omnesque processus contra . . magistros consules cives et civitatem predictos ac audientes divina officia et recipientes sacramenta predicta a presbyteris memoratis per predictum legatum vel alium seu alios ejus mandato vel auctoritate generaliter vel specialiter latas vel habitos et quascumque alias sententias, quas dicti . . magistri consules sive cives occasione questionis et injuriarum hujusmodi incurrerunt, auctoritate apostolica nobis in hac parte tradita in hiis scriptis et literis presentibus relaxamus. corpora quoque civium defunctorum, que tempore interdicti predicti in cimiteriis ecclesiasticis sunt sepulta, dummodo apparuerint penitencie signa in eis, in ipsis cimiteriis permittimus permanere. [folgt nr. 169]. actum et datum Argentine 8 kalendas julii anno domini 1290.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 5 or. mb. c. sig. pend.*

171. *Bischof Konrad und Domprobst Friedrich von Straßburg, Graf Friedrich von Leiningen, Markgraf Hermann von Baden sowie Konrad und Johannes von Lichtenberg sichern der Stadt Straßburg ihren Beistand zu, falls Heinrich von Lichtenstein die Urfehde breche. 1290 Juli 18.*

Wir Conrat von gots guaden der bischof von Strazburg, Friderich der tûmprobist, Friderich der grave von Liningen, Herman der marcgrave von Baden, Conrat

und Johannes von Lichtenberg tûnt kunt allen den, die disen brief gesehent oder  
gehôrent, das wir . . dem meistere und deme rate und den burgeren gemeinliche  
von Strazburg gelobet hant getruweliche und ane alle geverde, swie her Heinrich  
von Lichtenstein die urvêhte, die er in getan het, iemer gebricht und in schaden  
5 oder laster getête umbe die getât, das sie in gevangen hettent, swenne sie uns das  
vurbringent und uns drumbe gemanent, so suln wir in biholfen und geraten sin  
uf in mit gûten truwen und ane alle geverde, swa wir mûgent und da si ez bi-  
dôrfent. daz dis war si und stete blibe, derumbe sint unsere ingesigele an disen  
brief gehenket zeime urkunde. dis geschach, da von gots geburte warent tusent  
10 jar zweihundert jar und nûncig jar an deme ciztage nach sante Margareden tage.

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 15 or. mb. c. 6 sig. pend. delapsis.*

172. *Zweiunddreißig genannte edle Herren der Rheinpfalz versichern der Stadt  
Straßburg, daß sie sich zur Feindschaft gegen Heinrich von Lichtenstein eidlich  
verpflichtet haben, falls er die der Stadt gegebenen Versprechungen breche. [1290  
15 Juli].*

Nos subnotati nobiles Sifridus ringravius, Wernherus filius suus, Emercho et  
Wolframus fratres de Lewinstein, Cûnradus et Kolbo fratres de Warttinberc, Jo-  
hannes de Lyetinstein, Ph[ilippus] dictus Winter de Alzeia, Heinricus et filius suus  
Reinhardus de Honekin, Merbodo de Bylistein, Wolf[ramus] et Sifridus de Lewin-  
20 stein, Bertolfus de Ebistein, Conradus de Frisinheim, item Hertwinus de Basinheim,  
Hermannus et Petrus de Lonisheim, Franko de Bokinowin, Syfridus, David, Wern-  
herus de Linigin, Emercho de Lewinstein, Johannes de Grewilre, Gerhardus  
et Sygelo filii H[einrici] de Lytinstein, Th[eodericus] de Dyttilsheim, Wilhelmus  
dictus Letto, C[onradus] filius Johannis de Lytinstein, Th[eodericus] de Kyrwilre,  
25 Rudegerus de Randekin recognoscimus et notum facimus universis, quod mediante  
Syfrido milite de sancto Albino juravimus esse inimicos et in omni parte esse con-  
trarios Heinrici de Lyttinstein militis ita, quod si violator extiterit, quod absit,  
promissionum talium, quas fecerat Argentine pro sua absolutione captivitatis. quod  
cum appensione sigillorum nostrorum presentem litteram civibus Argentinensibus  
30 tradimus roboratam.

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 15 or. mb. c. 7 sig. pend., quorum  
6 delapsa. Das eine noch hängende Siegel zeigt einen schreitenden Löwen und in der  
Legende s. Wolframmi de Leuwensteinne. Das Stück, dessen Schriftcharakter auf das  
ausgehende 13. Jahrhundert weist, ist jedenfalls mit nr. 171 in engsten Zusammenhang  
35 zu bringen und wohl ebenfalls auf 1290 Juli zu datiren. Die darin erwähnten rheinpfälzi-  
schen Edlen sind fast sämtlich für jene Zeit urkundlich nachzuweisen.*

173. Petrus Arborensis archiepiscopus, Guillelmus Callensis et Perronus Lari-  
nensis episcopi omnibus penitentibus et confessis, qui causa devocionis et in spiritu  
humilitatis ad ecclesiam vel locum quemcunque accesserint, ubi prepositus sancti  
40 Arbogasti extra muros Argentinenses missam solempnem celebraverit aut verbum

dei predicaverit, quadraginta dies de penitentiis relaxant. «juxta psalmiste sacrum eloquium». datum apud Urbemveterem anno domini 1290 pontificatus Nicolai pape quarti anno tercio. 1290 [Februar 22 — Juli 22] Orvieto.

*B aus Straßb. Bez. A. G fasc. 1700 cop. ch. sec. XV i. Privilegienbuch von St. Arbogast fol. 3. Die nähere Datirung ergibt der Beginn des Pontificatsjahrs und die Bestätigungsurkunde Bischof Konrads für diesen Ablass von 1290 Juli 22 ebenda.*

174. *Bischof Konrad von Straßburg fällt in dem Streit zwischen der Stadt Straßburg und den Dominikanern seinen Schiedsspruch dahin, daß dieselben auf die Forderungen der Bürgerschaft nicht eingehen können und dürfen. 1290 August 11 Kloster St. Marx bei Straßburg.*

In nomine domini amen. suscitata dissensionis materia inter religiosos viros . . priorem et fratres ordinis predicatorum domus in Argentina ex una et magistrum consules et universitatem civium Argentinensium ex parte altera super eo, quod magister consules et universitas civium predictorum a predictis . . priore et fratribus quosdam articulos petiverunt, dictus . . prior, accedente voluntate consensu et auctoritate reverendi in Christo fratris Hermanni de Minda tunc prioris provincialis, pro se et fratribus dicte domus ex parte una, et Reiboldus miles dictus Stubenwech tunc magister et consules civitatis Argentinensis pro se et universitate civium civitatis predictae ex parte altera super eisdem articulis ac omni lite et dissensionibus quibuscunque in nos Cünradum dei gracia Argentinensem episcopum compromiserunt et concorditer convenerunt. cujus compromissi forma talis est: [folgt nr. 164]. nos igitur articulis supradictis discussis a nobis et examinatis de consilio peritorum, quia invenimus, . . priorem et fratres predictos articulos prefatos secundum deum et observanciam ordinis sui et absque peccato observare vel promittere non posse, idcirco deliberacione prehabita in hiis scriptis decernimus judicamus et arbitrando pronunciamus, . . priorem et fratres antedictos promittere vel observare non posse secundum deum et observanciam sui ordinis et absque peccato articulos memoratos, . . priorem et fratres antedictos ab inpeticione magistrorum et consulum et universitatis civium predictorum per nostrum arbitrium absolventes. ceterum super omni lite et dissensionibus quibuscunque occasione predicta usque in diem initi compromissi inter partes predictas habitis hinc et inde pronunciamus et arbitrando decernimus in hiis scriptis, ut omnes lites et dissensiones prescripte inter partes hinc et inde penitus conquiescant, arbitrando nichilominus decernentes, ut exnunc omnes injurie occasione dissensionis predictae illate partibus antedictis communiter vel divisim et acciones pro injuriis quibuscunque occasione dissensionis predictae contra personas quascunque dictis partibus competentes communiter vel divisim cessent penitus hinc et inde. ad hec juxta tenorem compromissi pronunciamus et arbitrando decernimus, perpetuam pacem inter partes predictas inviolabiliter observari. ut autem pax predicta inter partes efficacius observetur, pronunciamus et arbitramur, ut, si processu temporis alique, quod absit, predictis . . priori vel fratribus dicte domus in rebus vel personis injurie fuerint irrogate, de hiis magister et consules civitatis Argentinensis predictae, qui pro tempore

fuerint, dictis . . . priori et fratribus ad solam denunciationem eorundem . . . prioris et fratrum vel alterius cujuscumque faciendam ex parte prioris et fratrum eorundem magistro et consulibus antedictis plenariam facient justiciam eam videlicet, quam civibus Argentinensibus facere consueverunt. actum et datum apud monasterium sancti Marcii extra muros Argentinenses crastino festi beati Laurentii anno ab incarnatione domini 1290.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominic. lad. 5 2 or. mb. c. sig. pend.*

175. *Meister und Rath der Stadt Straßburg sowie ihr Notar Johannes Erlin legen gegen den Schiedsspruch Bischof Konrads in ihrem Streit mit den Dominikanern Verwahrung ein. 1290 August 17 und 18 Straßburg.*

Universis presentes litteras inspecturis Nicolaus dictus Zorn miles senior, magister Reiboldus miles dictus Stubenweg necnon consules et universitas civium civitatis Argentinensis noticiam subscriptorum. suscitata discensionis materia inter nos ex una et religiosos viros . . . priorem et fratres ordinis predicatorum domus in Argentina ex parte altera super eo, quod nos a predictis . . . priore et fratribus quosdam articulos petivimus infrascriptos, et ex aliis certis causis, venerabilis in Christo pater noster dominus Conradus dei gratia Argentinensis episcopus ex compromisso arbiter seu arbitrator et amicus compositor concorditer electus a nobis et a priore et fratribus antedictis decrevit judicavit et arbitrando pronunciavit juxta formam inferius annotatam, cujus tenor dinoscitur esse talis: [folgt nr. 174]. idcirco nos magister Reiboldus ac consules et universitas civium Argentinensium antedicti decreto judicio pronunciationi seu arbitrio suprascriptis domini nostri episcopi antedicti stare parere vel obedire aut laudare approbare ratificare vel emologare eadem minime cupientes, ne nobis ex ipsis aliquod prejudicium generetur, eisdem decreto judicio pronunciationi et arbitrio domini episcopi memorati contradicimus ac decretum judicium pronunciationem et arbitrium suprascriptum prefati domini episcopi reclamamus. eisdemque decreto judicio pronunciationi et arbitrio stare parere vel obedire [litteris presentibus recusamus, dantes nichilominus Johanni genero Erlini de sancto Thoma civis Argentinensis nostro notario liberam potestatem et mandatum, decretum judicium pronunciationem et arbitrium domini nostri Argentinensis episcopi suprascripta recusandi reclamandi et contradicendi eisdem nostro nomine et pro nobis, ubi fuerit oportunum, et omnia alia et singula faciendi, que circa premissa fuerint oportuna, promittentes nos ratum habituros et gratum, quicquid idem Johannes egerit in premissis. et hec omnibus, quorum interest vel intererit, nota facimus litteris presentibus sigillo civitatis seu communitatis nostre Argentinensis in eorum testimonium sigillatis. acta sunt hec Argentine in palatio episcopali, nobis more solito congregatis, 16 kalendas septembris anno ab incarnatione domini 1290<sup>1</sup>.

August 17

<sup>1</sup> Diese Urkunde ist auch für sich im Original mit hängendem Stadtsiegel erhalten. Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gow. lad. 71. Im Auszug ist sie nach dem Briefbuch A fol. 37<sup>b</sup> *ibid.* mitgetheilt bei Schöpflin *Als. dipl. II, 45 nr. 769.*

Nos<sup>a</sup> iudices curiarum domini decani necnon dominorum Johannis de Erenberg et Johannis de Ohsenstein archidiaconorum ecclesie Argentinensis confitemur et publice protestamur, nos vidisse audivisse et interfuisse in capitulo fratrum ordinis predicatorum domus Argentinensis<sup>b</sup>, ubi Johannes gener Erlini de sancto Thoma civis Argentinensis, notarius magistri consulum et universitatis civium civitatis Argentinensis, litteras vero sigillo civitatis seu communitatis Argentinensis sigillatas in nulla sui parte vitiatas, tenorem suprascriptum de verbo ad verbum continentes, legit publicavit et recitavit publice. . . priori et conventui fratrum dicte domus ibidem presencialiter constitutis<sup>c</sup> et prescripta omnia et singula audire et intelligere valentibus. dictisque litteris per eundem Johannem publicatis et recitatis publice<sup>d</sup>, ut premittitur, et perlectis, prefatus Johannes mox auctoritate et potestate seu mandato a prefatis magistro Reimboldo milite dicto Stubenweg ac consulibus et universitate civium civitatis Argentinensis predictis sibi datis sive traditis in hac parte prescriptis decreto iudicio pronunciationi et arbitrio domini nostri Conradi dei gratia Argentinensis episcopi publice et in scriptis predictis, . . . priore et fratribus modo simili audire et intelligere valentibus<sup>e</sup> ibidem, contradixit ipsamque reclamavit et etiam recusavit et protestatus est publice, prefatos magistrum Reimboldum dictum Stubenweg necnon consules et universitatem civitatis Argentinensis predictos decreto iudicio pronunciationi et arbitrio antedictis stare vel obedire non velle aliquatenus vel parere nec ipsos eadem velle laudare approbare ratificare vel emologare tacite vel expresse, nostrum super hoc specialiter rogatorum et vocatorum et aliorum ibidem presentium testimonium invocando in hec verba. et ego Johannes gener Erlini de sancto Thoma civis Argentinensis, notarius dominorum magistri consulum et universitatis civium civitatis Argentinensis predictus, auctoritate et potestate seu mandato a prefatis dominis magistro domino Reimboldo milite dicto Stubenweg necnon consulibus et universitate civium civitatis Argentinensis predictis michi datis sive traditis in hac parte predictis decreto iudicio pronunciationi et arbitrio prefati domini Argentinensis episcopi contradico ipsumque decretum iudicium pronunciationem et arbitrium suprascriptum prefati domini Argentinensis episcopi reclamo litteris presentibus et recuso, protestans publice coram vobis dominis presentibus, prefatos dominos meos. . . magistrum Reimboldum dictum Stubenweg militem necnon consules et universitatem civium civitatis Argentinensis predictos decreto iudicio pronunciationi et arbitrio antedictis prefati domini Argentinensis episcopi stare vel obedire non velle aliquatenus vel parere nec ipsos eadem velle laudare approbare ratificare vel emologare tacite vel expresse, testimonium super hiis dominorum presentium invocando. et in eorum testimonium nos iudices antedicti sigilla curiarum dominorum archidiaconorum prescriptorum

a) weder in S noch in S t Absatz. b) S t statt in capitulo etc. in consistorio sive iudicio curie venerabilis patris domini nostri episcopi Argentinensis. c) S t statt priori etc. 16 kalendas septembris paulo ante horam completorii magistro Yringo de Mollesheim ibidem solito iudicare et magistro Ottoni notario dicti consistorii et aliis quam pluribus ibidem presencialiter constitutis. d) S t om. publice. e) S t om. predictis—valentibus.